

NOVUM TESTAMENTUM



THE NEW TESTAMENT

EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM

THE HOLY GOSPEL ACCORDING TO MATTHEW

St. Matthew, one of the twelve Apostles, who from being a publican, that is, a tax gatherer, was called by our Savior to the Apostleship: in that profession his name was Levi (Luke 5:27; Mark 2:14). He was the first of the Evangelists that wrote the Gospel, and that in Hebrew or Syro-Chaldaic which the Jews in the Palestine spoke at that time. The original is not now extant; but, as it was translated in the time of the Apostles into Greek, that version is of equal authority. He wrote about six years after our Lord's Ascension.

CHAPTER I

The Genealogy of Christ

The book of the generation of Jesus Christ, the son of David, the son of Abraham: (Luke 3:31)

² Abraham begot Isaac. (Gen. 21:3) And Isaac begot Jacob. (Gen. 25:25) And Jacob begot Judas and his brethren. (Gen. 29:35)

³ And Judas begot Phares and Zara of Thamar. (Gen. 38:29; 1 Par. 2:4) And Phares begot Esron. (Ruth 4:18; 1 Par. 2:5) And Esron begot Aram.

⁴ And Aram begot Aminadab. And Aminadab begot Naasson. (Num. 7:12) And Naasson begot Salmon.

⁵ And Salmon begot Booz of Rahab. And Booz begot Obed of Ruth. (Ruth 4:21) And Obed begot Jesse.

⁶ And Jesse begot David the king. (Ruth 4:22; 1 Kings 16:1) And David the king begot Solomon, of her that had been the wife of Urias. (2 Kings 12:24)

⁷ And Solomon begot Roboam. (3 Kings 11:43) And Roboam begot Abia. (3 Kings 14:31) And Abia begot Asa. (3 Kings 15:8)

⁸ And Asa begot Josaphat. And Josaphat begot Joram. And Joram begot Ozias.

⁹ And Ozias begot Joatham. (2 Par. 26:23) And Joatham begot Achaz. (2 Par. 27:9) And Achaz begot Ezechias. (2 Par. 28:27)

¹⁰ And Ezechias begot Manasses. (2 Par. 32:33) And Manasses begot Amon. (2 Par. 33:20) And Amon begot Josias. (2 Par. 33:25)

¹¹ And Josias begot Jechonias and his brethren in the transmigration of Babylon. (2 Par. 36:1, 2)

¹² And after the transmigration of Babylon, Jechonias begot Salathiel. And Salathiel begot Zorobabel.

¹³ And Zorobabel begot Abiud. And

CAPUT I

Generationes Christi

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. (Luc. 3:31)

² Abraham genuit Isaac. (Gen. 21:3) Isaac autem genuit Jacob. (Gen. 25:25) Jacob autem genuit Judam, et fratres ejus. (Gen. 29:35)

³ Judas autem genuit Phares, et Zaram de Thamar. (Gen. 38:29; 1 Par. 2:4) Phares autem genuit Esron. (Ruth 4:18; 1 Par. 2:5) Esron autem genuit Aram.

⁴ Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. (Num. 7:12) Naasson autem genuit Salmon.

⁵ Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. (Ruth 4:21) Obed autem genuit Jesse.

⁶ Jesse autem genuit David regem. (Ruth 4:22; 1 Reg. 16:1) David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. (II Reg. 12:24)

⁷ Salomon autem genuit Roboam. (III Reg. 11:43) Roboam autem genuit Abiam. (III Reg. 14:31) Abias autem genuit Asa. (III Reg. 15:8)

⁸ Asa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam.

⁹ Ozias autem genuit Joatham. (II Par. 26:23) Joatham autem genuit Achaz. (II Par. 27:9) Achaz autem genuit Ezechiam. (II Par. 28:27)

¹⁰ Ezechias autem genuit Manassen. (II Par. 32:33) Manasses autem genuit Amon. (II Par. 33:20) Amon autem genuit Josiam. (II Par. 33:25)

¹¹ Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigracione Babylonis. (II Par. 36:1, 2)

¹² Et post transmigracionem Babylonis: Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

¹³ Zorobabel autem genuit Abiud.

Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

¹⁴ Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

¹⁵ Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob.

¹⁶ Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

¹⁷ Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim: et a David usque ad transmigracionem Babylonis, generationes quatuordecim: et a transmigracione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim.

Angelus instruit Joseph de Mariæ conceptione

¹⁸ Christi autem generatio sic erat: cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. (*Luc. 1:27*)

¹⁹ Joseph autem vir ejus cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.

²⁰ Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.

²¹ Pariet autem filium: et vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. (*Luc. 1:31; Act. 4:12*)

²² Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem:

²³ Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium: et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus. (*Isai. 7:14*)

²⁴ Exsurgens autem Joseph a somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, et accepit conjugem suam.

²⁵ Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: et vocavit nomen ejus Jesum.

CAPUT II

Magi Christum adorant

Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt

Abiud begot Eliacim. And Eliacim begot Azor.

¹⁴ And Azor begot Sadoc. And Sadoc begot Achim. And Achim begot Eliud.

¹⁵ And Eliud begot Eleazar. And Eleazar begot Mathan. And Mathan begot Jacob.

¹⁶ And Jacob begot Joseph the husband of Mary, of whom was born Jesus, who is called Christ.

¹⁷ So all the generations, from Abraham to David, are fourteen generations. And from David to the transmigracion of Babylon are fourteen generations: and from the transmigracion of Babylon to Christ are fourteen generations.

The Angel instructs Joseph concerning the conception of Mary

¹⁸ Now the generation of Christ was in this wise. When his mother Mary was espoused to Joseph, before they came together, she was found with child, of the Holy Ghost. (*Luke 1:27*)

¹⁹ Whereupon Joseph her husband, being a just man, and not willing publicly to expose her, was minded to put her away privately.

²⁰ But while he thought on these things, behold the angel of the Lord appeared to him in his sleep, saying: Joseph, son of David, fear not to take unto thee Mary thy wife, for that which is conceived in her, is of the Holy Ghost.

²¹ And she shall bring forth a son: and thou shalt call his name JESUS. For he shall save his people from their sins. (*Luke 1:31; Acts 4:12*)

²² Now all this was done that it might be fulfilled which the Lord spoke by the prophet, saying:

²³ Behold a virgin shall be with child, and bring forth a son, and they shall call his name Emmanuel, which being interpreted is, God with us. (*Isai. 7:14*)

²⁴ And Joseph rising up from sleep, did as the angel of the Lord had commanded him, and took unto him his wife.

²⁵ And he knew her not till she brought forth her firstborn son: and he called his name JESUS.

CHAPTER 2

The Magi adore Christ

When Jesus therefore was born in Bethlehem of Juda, in the days of king Herod, behold, there came

wise men from the east to Jerusalem. (*Luke 2:7*)

² Saying, Where is he that is born king of the Jews? For we have seen his star in the east, and are come to adore him.

³ And king Herod hearing this, was troubled, and all Jerusalem with him.

⁴ And assembling together all the chief priests and the scribes of the people, he inquired of them where Christ should be born.

⁵ But they said to him: In Bethlehem of Juda. For so it is written by the prophet:

⁶ *And thou Bethlehem the land of Juda, art not the least among the princes of Juda: for out of thee shall come forth the captain that shall rule my people Israel.* (*Mich. 5:2; John 7:42*)

⁷ Then Herod, privately calling the wise men, learned diligently of them the time of the star which appeared to them;

⁸ And sending them into Bethlehem, said: Go and diligently inquire after the child, and when you have found him, bring me word again, that I also may come and adore him.

⁹ Who having heard the king, went their way; and behold the star which they had seen in the east, went before them, until it came and stood over where the child was.

¹⁰ And seeing the star they rejoiced with exceeding great joy.

¹¹ And entering into the house, they found the child with Mary his mother, and falling down they adored him; and opening their treasures, they offered him gifts: gold, frankincense, and myrrh. (*Ps. 71:10*)

¹² And having received an answer in sleep that they should not return to Herod, they went back another way into their country.

The Flight into Egypt

¹³ And after they were departed, behold an angel of the Lord appeared in sleep to Joseph, saying: Arise, and take the child and his mother, and fly into Egypt: and be there until I shall tell thee. For it will come to pass that Herod will seek the child to destroy him.

¹⁴ Who arose, and took the child and his mother by night, and retired into Egypt: and he was there until the death of Herod:

¹⁵ That it might be fulfilled which the Lord spoke by the prophet,

Jerosolymam, (*Luc. 2:7*)

² dicentes: Ubi est qui natus est rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus adorare eum.

³ Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo.

⁴ Et congregans omnes principes sacerdotum, et scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur.

⁵ At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judæ: sic enim scriptum est per prophetam:

⁶ Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. (*Mich. 5:2; Joan. 7:42*)

⁷ Tunc Herodes clam vocatis magis diligenter didicidit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis:

⁸ et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, et interrogate diligenter de puero: et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum.

⁹ Qui cum audissent regem, abierunt, et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer.

¹⁰ Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde.

¹¹ Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et proci-dentes adoraverunt eum: et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham. (*Ps. 71:10*)

¹² Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

Fuga in Ægyptum

¹³ Qui cum recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quærat puerum ad per-dendum eum.

¹⁴ Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus nocte, et secessit in Ægyptum: et erat ibi usque ad obitum Herodis:

¹⁵ ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ex

Ægypto vocavi filium meum.(Osee 11:1)

Cædes puerorum

¹⁶ Tunc Herodes videns quoniam il-
lusus esset a magis, iratus est valde, et
mittens occidit omnes pueros, qui er-
ant in Bethlehém, et in omnibus finibus
ejus, a bimatu et infra secundum tem-
pus, quod exquisierat a magis.

¹⁷ Tunc adimpletum est quod dictum
est per Jeremiam prophetam dicentem:

¹⁸ Vox in Rama audita est plora-
tus, et ululatus multus: Rachel plorans
filios suos, et noluit consolari, quia non
sunt.(Jer. 31:15)

Reditus Christi in Nazareth

¹⁹ Defuncto autem Herode, ecce an-
gelus Domini apparuit in somnis Joseph
in Ægypto,

²⁰ dicens: Surge, et accipe puerum,
et matrem ejus, et vade in terram Israël:
defuncti sunt enim qui quærebant ani-
mam pueri.

²¹ Qui consurgens, accepit puer-
um, et matrem ejus, et venit in ter-
ram Israël.

²² Audiens autem quod Archelaus
regnaret in Judæa pro Herode patre suo,
timuit illo ire: et admonitus in somnis,
secessit in partes Galilææ.

²³ Et veniens habitavit in civitate
quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur
quod dictum est per prophetas: Quon-
iam Nazaræus vocabitur.

CAPUT III

Joannes pœnitentiam prædicat

In diebus autem illis venit Joannes
Baptista prædicans in deserto Judææ,

² et dicens: Pœnitentiam agite:
appropinquavit enim regnum cœ-
lorum.(Marc. 1:4; Luc. 3:3)

³ Hic est enim, qui dictus est per Isa-
iam prophetam dicentem: Vox clamantis
in deserto: Parate viam Domini; rectas
facite semitas ejus.(Isai. 40:3; Marc. 1:3;
Luc. 3:4)

⁴ Ipse autem Joannes habebat vesti-
mentum de pilis camelorum, et zonam
pelliceam circa lumbos suos: esca autem
ejus erat locustæ, et mel silvestre.

saying: *Out of Egypt have I called
my son.*(Osee 11:1)

The Slaughter of the Innocents

¹⁶ Then Herod perceiving that he
was deluded by the wise men, was ex-
ceeding angry; and sending killed all the
men children that were in Bethlehém,
and in all the borders thereof, from two
years old and under, according to the
time which he had diligently inquired of
the wise men.

¹⁷ Then was fulfilled that which
was spoken by Jeremias the prophet,
saying:

¹⁸ *A voice in Rama was heard,
lamentation and great mourning;
Rachel bewailing her children, and
would not be comforted, because they
are not.* (Jer. 31:15)

The Return of Christ into Nazareth

¹⁹ But when Herod was dead, behold
an angel of the Lord appeared in sleep to
Joseph in Egypt,

²⁰ Saying: Arise, and take the child
and his mother, and go into the land of
Israel. For they are dead that sought the
life of the child.

²¹ Who arose, and took the child
and his mother, and came into the land
of Israel.

²² But hearing that Archelaus
reigned in Judea in the room of Herod
his father, he was afraid to go thither:
and being warned in sleep retired into
the quarters of Galilee.

²³ And coming he dwelt in a city
called Nazareth: that it might be fulfilled
which was said by the prophets: That he
shall be called a Nazarene.

CHAPTER 3

John preaches penance

And in those days cometh John the
Baptist preaching in the desert of
Judea.

² And saying: Do penance: for the
kingdom of heaven is at hand.(Mark 1:4;
Luke 3:3)

³ For this is he that was spoken of by
Isaias the prophet, saying: *A voice of one
crying in the desert, Prepare ye the way
of the Lord, make straight his paths.*(Isai.
40:3; Mark 1:3; Luke 3:4)

⁴ And the same John had his gar-
ment of camels' hair, and a leathern
girdle about his loins: and his meat was
locusts and wild honey.

⁵ Then went out to him Jerusalem and all Judea, and all the country about Jordan: *(Mark 1:5)*

⁶ And were baptized by him in the Jordan, confessing their sins.

⁷ And seeing many of the Pharisees and Sadducees coming to his baptism, he said to them: Ye brood of vipers, who hath showed you to flee from the wrath to come? *(Luke 3:7)*

⁸ Bring forth therefore fruit worthy of penance.

⁹ And think not to say within yourselves, We have Abraham for our father. For I tell you that God is able of these stones to raise up children to Abraham. *(John 8:39)*

¹⁰ For now the axe is laid to the root of the trees. Every tree therefore that doth not yield good fruit, shall be cut down, and cast into the fire.

¹¹ I indeed baptize you in water unto penance, but he that shall come after me, is mightier than I, whose shoes I am not worthy to bear; he shall baptize you in the Holy Ghost and fire. *(Mark 1:8; Luke 3:16; John 1:26; Acts 1:5)*

¹² Whose fan is in his hand, and he will thoroughly cleanse his floor and gather his wheat into the barn; but the chaff he will burn with unquenchable fire.

Christ is baptized

¹³ Then cometh Jesus from Galilee to the Jordan, unto John, to be baptized by him. *(Mark 1:9)*

¹⁴ But John stayed him, saying: I ought to be baptized by thee, and comest thou to me?

¹⁵ And Jesus answering, said to him: Suffer it to be so now. For so it becometh us to fulfill all justice. Then he suffered him.

¹⁶ And Jesus being baptized, forthwith came out of the water: and lo, the heavens were opened to him: and he saw the Spirit of God descending as a dove, and coming upon him. *(Luke 3:22)*

¹⁷ And behold a voice from heaven, saying: This is my beloved Son, in whom I am well pleased. *(Luke 9:35; 2 Pet. 1:17)*

CHAPTER 4

*Christ overcomes the temptations
of the devil in the desert*

Then Jesus was led by the spirit into the desert, to be tempted by the devil. *(Mark 1:12; Luke 4:1)*

⁵ Tunc exibat ad eum Jerosolyma, et omnis Judæa, et omnis regio circa Jordanem: *(Marc. 1:5)*

⁶ et baptizabantur ab eo in Jordane, confitentēs peccata sua.

⁷ Videns autem multos pharisæorum, et sadducæorum, venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? *(Luc. 3:7)*

⁸ Facite ergo fructum dignum poenitentiae.

⁹ Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. *(Joan. 8:39)*

¹⁰ Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.

¹¹ Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, et igni. *(Marc. 1:8; Luc. 3:16, Joan. 1:26; Act. 1:5)*

¹² Cujus ventilabrum in manu sua: et permundabit aream suam: et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Baptizatur Christus

¹³ Tunc venit Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. *(Marc. 1:9)*

¹⁴ Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me?

¹⁵ Respondens autem Jesus, dixit ei: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum.

¹⁶ Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei cæli: et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se. *(Luc. 3:22)*

¹⁷ Et ecce vox de cælis dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. *(Luc. 9:35; II Petr. 1:17)*

CAPUT IV

Christus in deserto vincit diaboli tentationes

Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. *(Marc. 1:12; Luc. 4:1)*

² Et cum jejunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, postea esuriit.

³ Et accedens tentator dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.

⁴ Qui respondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. (*Deut. 8:3; Luc. 4:4*)

⁵ Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum super pinnaculum templi,

⁶ et dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandavit de te, et in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. (*Ps. 90:11*)

⁷ Ait illi Jesus: Rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. (*Deut. 6:16*)

⁸ Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum,

⁹ et dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.

¹⁰ Tunc dicit ei Jesus: Vade Satana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. (*Deut. 6:13*)

¹¹ Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei.

Christus prædicare incipit

¹² Cum autem audisset Jesus quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam: (*Marc. 1:14; Luc. 4:14; Joan. 4:43*)

¹³ et, relicta civitate Nazareth, venit, et habitavit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon et Nephthalim:

¹⁴ ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam:

¹⁵ Terra Zabulon, et terra Nephthalim, via maris trans Jordanem, Galilæa gentium: (*Isai. 9:1*)

¹⁶ populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: et sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

¹⁷ Exinde coepit Jesus prædicare, et dicere: Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum. (*Marc. 1:15*)

² And when he had fasted forty days and forty nights, afterwards he was hungry.

³ And the tempter coming said to him: If thou be the Son of God, command that these stones be made bread.

⁴ Who answered and said: It is written, *Not in bread alone doth man live, but in every word that proceedeth from the mouth of God.* (*Deut. 8:3; Luke 4:4*)

⁵ Then the devil took him up into the holy city, and set him upon the pinnacle of the temple,

⁶ And said to him: If thou be the Son of God, cast thyself down, for it is written: *That he hath given his angels charge over thee, and in their hands shall they bear thee up, lest perhaps thou dash thy foot against a stone.* (*Ps. 90:11*)

⁷ Jesus said to him: It is written again: *Thou shalt not tempt the Lord thy God.* (*Deut. 6:16*)

⁸ Again the devil took him up into a very high mountain, and showed him all the kingdoms of the world, and the glory of them,

⁹ And said to him: All these will I give thee, if falling down thou wilt adore me.

¹⁰ Then Jesus saith to him: Begone, Satan: for it is written, *The Lord thy God shalt thou adore, and him only shalt thou serve.* (*Deut. 6:13*)

¹¹ Then the devil left him; and behold angels came and ministered to him.

Christ begins to preach

¹² And when Jesus had heard that John was delivered up, he retired into Galilee: (*Mark 1:14; Luke 4:14; John 4:43*)

¹³ And leaving the city Nazareth, he came and dwelt in Capharnaum on the sea coast, in the borders of Zabulon and Nephthalim;

¹⁴ That it might be fulfilled which was said by Isaias the prophet:

¹⁵ *Land of Zabulon and land of Nephthalim, the way of the sea beyond the Jordan, Galilee of the Gentiles:* (*Isai. 9:1*)

¹⁶ *The people that sat in darkness, hath seen great light: and to them that sat in the region of the shadow of death, light is sprung up.*

¹⁷ From that time Jesus began to preach, and to say: Do penance, for the kingdom of heaven is at hand. (*Mark 1:15*)

Christ calls the first disciples and the fame of him is spread

¹⁸ And Jesus walking by the sea of Galilee, saw two brethren, Simon who is called Peter, and Andrew his brother, casting a net into the sea (for they were fishers). (*Mark 1:16; Luke 5:2*)

¹⁹ And he saith to them: Come ye after me, and I will make you to be fishers of men.

²⁰ And they immediately leaving their nets, followed him.

²¹ And going on from thence, he saw other two brethren, James the son of Zebedee, and John his brother, in a ship with Zebedee their father, mending their nets: and he called them.

²² And they forthwith left their nets and father, and followed him.

²³ And Jesus went about all Galilee, teaching in their synagogues, and preaching the gospel of the kingdom: and healing all manner of sickness and every infirmity, among the people.

²⁴ And his fame went throughout all Syria, and they presented to him all sick people that were taken with divers diseases and torments, and such as were possessed by devils, and lunatics, and those that had palsy, and he cured them:

²⁵ And much people followed him from Galilee, and from Decapolis, and from Jerusalem, and from Judea, and from beyond the Jordan. (*Mark 3:7; Luke 6:17*)

CHAPTER 5

Christ relates the eight beatitudes

And seeing the multitudes, he went up into a mountain, and when he was set down, his disciples came unto him.

² And opening his mouth, he taught them, saying:

³ Blessed are the poor in spirit: for theirs is the kingdom of heaven. (*Luke 6:20*)

⁴ Blessed are the meek: for they shall possess the land. (*Ps. 36:11*)

⁵ Blessed are they that mourn: for they shall be comforted. (*Isai. 61:2*)

⁶ Blessed are they that hunger and thirst after justice: for they shall have their fill.

⁷ Blessed are the merciful: for they shall obtain mercy.

⁸ Blessed are the clean of heart: for they shall see God. (*Ps. 23:4*)

Primos discipulos vocat et fama ipsius divulgatur

¹⁸ Ambulans autem Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare (erant enim piscatores), (*Marc. 1:16; Luc. 5:2*)

¹⁹ et ait illis: Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum.

²⁰ At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.

²¹ Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, et Joannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: et vocavit eos.

²² Illi autem statim relictis retibus et patre, secuti sunt eum.

²³ Et circuibat Jesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, et prædicans Evangelium regni: et sanans omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo.

²⁴ Et abiit opinio ejus in totam Syriam, et obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, et tormentis comprehensos, et qui dæmonia habebant, et lunaticos, et paralyticos, et curavit eos:

²⁵ et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, et Decapoli, et de Jerosolymis, et de Judæa, et de trans Jordanem. (*Marc. 3:7; Luc. 6:17*)

CAPUT V

Octo tradit beatitudines

Videns autem Jesus turbas, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus,

² et aperiens os suum docebat eos dicens:

³ Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. (*Luc. 6:20*)

⁴ Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. (*Ps. 36:11*)

⁵ Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. (*Isai. 61:2*)

⁶ Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

⁷ Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.

⁸ Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. (*Ps. 23:4*)

⁹ Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur.

¹⁰ Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. (1 Pet. 2:20; 3:14; 4:14)

¹¹ Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me:

¹² gaudete, et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

Apostolos sal et lumen

¹³ Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. (Marc. 9:49; Luc. 14:34)

¹⁴ Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita,

¹⁵ neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. (Marc. 4:21; Luc. 8:16; 11:33)

¹⁶ Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. (1 Pet. 2:12)

Non venit ut solvat legem sed adimpleat

¹⁷ Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere.

¹⁸ Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum et terra, jota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. (Luc. 16:17)

¹⁹ Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. (Jac. 2:10)

²⁰ Dico enim vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. (Luc. 11:39)

Docet de non irascendo fratri

²¹ Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. (Exod. 20:13; Deut. 5:17)

²² Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus

⁹ Blessed are the peacemakers: for they shall be called children of God.

¹⁰ Blessed are they that suffer persecution for justice' sake: for theirs is the kingdom of heaven. (1 Pet. 2:20; 3:14; 4:14)

¹¹ Blessed are ye when they shall revile you, and persecute you, and speak all that is evil against you, untruly, for my sake:

¹² Be glad and rejoice, for your reward is very great in heaven. For so they persecuted the prophets that were before you.

Apostles compared to light and salt

¹³ You are the salt of the earth. But if the salt lose its savor, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and to be trodden on by men. (Mark 9:49; Luke 14:34)

¹⁴ You are the light of the world. A city seated on a mountain cannot be hid.

¹⁵ Neither do men light a candle and put it under a bushel, but upon a candlestick, that it may shine to all that are in the house. (Mark 4:21; Luke 8:16; 11:33)

¹⁶ So let your light shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father who is in heaven. (1 Pet. 2:12)

Christ came not to destroy the law but to fulfill it

¹⁷ Do not think that I am come to destroy the law, or the prophets. I am not come to destroy, but to fulfill.

¹⁸ For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot, or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. (Luke 16:17)

¹⁹ He therefore that shall break one of these least commandments, and shall so teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven. But he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven. (Jas. 2:10)

²⁰ For I tell you, that unless your justice abound more than that of the scribes and Pharisees, you shall not enter into the kingdom of heaven. (Luke 11:39)

Christ teaches not to be angry with one's brothers

²¹ You have heard that it was said to them of old: Thou shalt not kill. And whosoever shall kill shall be in danger of the judgment. (Exod. 20:13; Deut. 5:17)

²² But I say to you, that whosoever is angry with his brother, shall be in danger of the judgment. And whosoever

shall say to his brother, Raca, shall be in danger of the council. And whosoever shall say, Thou Fool, shall be in danger of hell fire.

²³ If therefore thou offer thy gift at the altar, and there thou remember that thy brother hath any thing against thee;

²⁴ Leave there thy offering before the altar, and go first to be reconciled to thy brother: and then coming thou shalt offer thy gift.

²⁵ Be at agreement with thy adversary betimes, whilst thou art in the way with him: lest perhaps the adversary deliver thee to the judge, and the judge deliver thee to the officer, and thou be cast into prison. (*Luke 12:58*)

²⁶ Amen I say to thee, thou shalt not go out from thence till thou repay the last farthing.

*Concerning concupiscence, scandal
and adultery*

²⁷ You have heard that it was said to them of old: Thou shalt not commit adultery. (*Exod. 20:14*)

²⁸ But I say to you, that whosoever shall look on a woman to lust after her, hath already committed adultery with her in his heart.

²⁹ And if thy right eye scandalize thee, pluck it out and cast it from thee. For it is expedient for thee that one of thy members should perish, rather than that thy whole body go into hell. (*Mark 9:46; Matt. 18:9*)

³⁰ And if thy right hand scandalize thee, cut it off, and cast it from thee: for it is expedient for thee that one of thy members should perish, rather than that thy whole body be cast into hell.

³¹ And it hath been said, Whosoever shall put away his wife, let him give her a bill of divorce. (*Deut. 24:1; Matt. 19:7*)

³² But I say to you, that whosoever shall put away his wife, excepting for the cause of fornication, maketh her to commit adultery: and he that shall marry her that is put away, committeth adultery. (*Mark 10:11; Luke 16:18; 1 Cor. 7:10*)

Christ teaches about oaths

³³ Again you have heard that it was said to them of old, Thou shalt not forswear thyself: but thou shalt perform thy oaths to the Lord. (*Exod. 20:7; Lev. 19:12; Deut. 5:11; Jas. 5:12*)

³⁴ But I say to you not to swear at all, neither by heaven, for it is the throne of God:

erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.

²³ Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te:

²⁴ relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum.

²⁵ Esto consentiens adversario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te adversarius iudici, et iudex tradat te ministro: et in carcerem mittaris. (*Luc. 12:58*)

²⁶ Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.

De concupiscentia de scandalo et de adulterio

²⁷ Audistis quia dictum est antiquis: Non moechaberis. (*Exod. 20:14*)

²⁸ Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est eam in corde suo.

²⁹ Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. (*Marc. 9:46; Infra 18:9*)

³⁰ Et si dextra manus tua scandalizat te, abscide eam, et projice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.

³¹ Dictum est autem: Quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii. (*Deut. 24:1; Infra 19:7*)

³² Ego autem dico vobis: quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam moechari: et qui dimissam duxerit, adulterat. (*Marc. 10:11; Luc. 16:18; I Cor. 7:10*)

Docet de iuramento

³³ Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non perjurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. (*Exod. 20:7; Lev. 19:12; Deut. 5:11; Jac. 5:12*)

³⁴ Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est:

35 neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per Jerosoly-mam, quia civitas est magni regis:

36 neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.

37 Sit autem sermo vester, est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est. (*Jac. 5:12*)

Docet nec malo resistendum

38 Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, et dentem pro dente. (*Exod. 21:24; Lev. 24:20; Deut. 19:21*)

39 Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram: (*Luc. 6:29*)

40 et ei, qui vult tecum judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium: (*1 Cor. 6:7*)

41 et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo et alia duo.

42 Qui petit a te, da ei: et volenti mutuari a te, ne avertaris. (*Deut. 15:8*)

Dilectionem inimicorum docet

43 Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. (*Lev. 19:18*)

44 Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persecutibus et calumniantibus vos: (*Luc. 6:27; Rom. 12:20; Luc. 23:34; Act. 7:59*)

45 ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos et malos: et pluit super justos et injustos.

46 Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et publicani hoc faciunt?

47 Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne et ethnici hoc faciunt?

48 Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester cælestis perfectus est.

CAPUT VI

De eleemosyna

Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est.

2 Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faci-

35 Nor by the earth, for it is his footstool: nor by Jerusalem, for it is the city of the great king:

36 Neither shalt thou swear by thy head, because thou canst not make one hair white or black.

37 But let your speech be yea, yea: no, no: and that which is over and above these, is of evil. (*Jas. 5:12*)

Christ teaches us not to resist evil

38 You have heard that it hath been said, An eye for an eye, and a tooth for a tooth. (*Exod. 21:24; Lev. 24:20; Deut. 19:21*)

39 But I say to you not to resist evil: but if one strike thee on thy right cheek, turn to him also the other: (*Luke 6:29*)

40 And if a man will contend with thee in judgment, and take away thy coat, let go thy cloak also unto him. (*1 Cor. 6:7*)

41 And whosoever will force thee one mile, go with him other two,

42 Give to him that asketh of thee and from him that would borrow of thee turn not away. (*Deut. 15:8*)

Christ teaches us to love our enemies

43 You have heard that it hath been said, Thou shalt love thy neighbor, and hate thy enemy. (*Lev. 19:18*)

44 But I say to you, Love your enemies: do good to them that hate you: and pray for them that persecute and calumniate you: (*Luke 6:27; Rom. 12:20; Luke 23:34; Acts 7:59*)

45 That you may be the children of your Father who is in heaven, who maketh his sun to rise upon the good, and bad, and raineth upon the just and the unjust.

46 For if you love them that love you, what reward shall you have? Do not even the publicans this?

47 And if you salute your brethren only, what do you more? Do not also the heathens this?

48 Be you therefore perfect, as also your heavenly Father is perfect.

CHAPTER 6

Concerning alms

Take heed that you do not your justice before men, to be seen by them: otherwise you shall not have a reward of your Father who is in heaven.

2 Therefore when thou dost an almsdeed, sound not a trumpet before

thee, as the hypocrites do in the synagogues and in the streets, that they may be honored by men. Amen I say to you, they have received their reward.

³ But when thou dost alms, let not thy left hand know what thy right hand doth.

⁴ That thy alms may be in secret, and thy Father who seeth in secret will repay thee.

Concerning Prayer

⁵ And when ye pray, ye shall not be as the hypocrites, that love to stand and pray in the synagogues and corners of the streets, that they may be seen by men: Amen I say to you, they have received their reward.

⁶ But thou when thou shalt pray, enter into thy chamber, and having shut the door, pray to thy Father in secret: and thy Father who seeth in secret will repay thee.

⁷ And when you are praying, speak not much, as the heathens. For they think that in their much speaking they may be heard.

⁸ Be not you therefore like to them, for your Father knoweth what is needful for you, before you ask him.

⁹ Thus therefore shall you pray: Our Father who art in heaven, hallowed be thy name. (*Luke 11:2*)

¹⁰ Thy kingdom come. Thy will be done on earth as it is in heaven.

¹¹ Give us this day our super-substantial bread.

¹² And forgive us our debts, as we also forgive our debtors.

¹³ And lead us not into temptation. But deliver us from evil. Amen.

¹⁴ For if you will forgive men their offences, your heavenly Father will forgive you also your offences. (*Ecclus. 28:3, 4, 5; Matt. 18:35; Mark 11:25*)

¹⁵ But if you will not forgive men, neither will your Father forgive you your offences.

Concerning fasting

¹⁶ And when you fast, be not as the hypocrites, sad. For they disfigure their faces, that they may appear unto men to fast. Amen I say to you, they have received their reward.

¹⁷ But thou, when thou fastest anoint thy head, and wash thy face;

¹⁸ That thou appear not to men to fast, but to thy Father who is in secret: and thy Father who seeth in secret, will repay thee.

unt in synagogis, et in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

³ Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua:

⁴ ut sit eleemosyna tua in abscondito, et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

De oratione

⁵ Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

⁶ Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito: et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

⁷ Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici, putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.

⁸ Nolite ergo assimilari eis: scit enim Pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

⁹ Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. (*Luc. 11:2*)

¹⁰ Adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra.

¹¹ Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie,

¹² et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

¹³ Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

¹⁴ Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet et vobis Pater vester cælestis delicta vestra. (*Ecclus. 28:3, 4, 5; Infra 18:35; Marc. 11:25*)

¹⁵ Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.

De Ieiunio

¹⁶ Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

¹⁷ Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, et faciem tuam lava,

¹⁸ ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito: et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.